



Ioannes in Franconia natus est anno 1495. Is à pa-
 rentibus literis addicatus, ñs à teneris annis dili-
 genter incubuit, atq; felici ingenio usus, breui ma-
 gnos in ñs progressus fecit. Postea studiorum amo-
 re Galliam petijt, & uigilanti cura Iurisprudentiæ
 operam dedit. Itaq; factum ut omnium consensu
 Iuris Doctor crearetur. Inde in Germaniam reuer-
 sus, sese Ratisbonam cõtulit, & eius reipublicæ an-
 no circiter 1535 Aduocatus constitutus fuit. Erat Io-
 hannes multis uirtutibus insignis, atq; in primis re-
 ligioni deditissimus. Accedebat & morum graui-
 tas, & naturalis facundia. Vnde cum Lutheri do-
 ctrinam percepisset, eandem & alijs in eo loco au-
 thoritate præstantibus uiris inculcauit, atque inter primos fuit, qui Ratisbo-
 næ Euangelium susceperunt. sicq; paulatim factum, ut religionis mutatio an-
 no 1541 subsecuta fuerit. In eo proposito Iohannes iam octogenarius Ratisbo-
 næ etiamnum pergijt, & uegetæ adhuc memoriæ & præclari iudicij exi-
 stens, ab omnibus plurimum amatur, & in rebus arduis consuli-
 tur. Nicol. Gallus.